



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLIX. Utile & inutile.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

datur usufructus. Germ. der Mißbrauch, quia usufructus exercendus est salva rei substantia l. 2. ff. de usufr. Ita ædium, pecorum, vestimentorum, pretiosorum verus dicitur usufructus, sicut & gemmarum, l. 23. ff. eod.

XLIII.

Cujuscunque rei usus non est sine abusu, seu quæcunque res utendo consumitur, illius est quasi usufructus, quia sic non salva manet substantia. Talia sunt pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum & in genere omnes res fungibiles, quæ finito usufructu non in specie, sed in genere, aut æstimatione restituntur.

XLIV.

Quoties nemo concurret, cui debetur legitima, toties usufructus omnium bonorum relinqui potest, Nov. 18. c. 3. Quia legitima sine omni gravamine relinquenda l. quoniam. 32. C. de inoffic. Testam. Non minimum autem gravamen est usufructus, quia servitus est, Carpz. Part. 3. Confit. 12. Defin. 7.

XLV.

Quoties bona fidei commissaria post mortem restituenda sunt ipsi heredi, toties etiam horum debetur usufructus. Quoties verò alii, quam heredi, sunt restituenda, toties illorum usufructus non debetur.

XLVI.

Quæcunque onera rei imponuntur propter fructus, ad illa tenetur usufructuarius, quia secundum naturam est, ut onera & incommoda sequantur eum, quem sequuntur commoda l. 10. ff. de R. 7. ita ad tributa & collectas tenetur.

Limita: nisi fuerint immensa onera, quæ ipsos fructus superant. Quò casu teneretur quidem usufructuarius tanquam possessor, semper tamen regressum haberet contra proprietarium. Carpz. L. 1. Respons. 105. n. 8.

XLVII.

Quoties fructus sua sponte separati, toties illos colligendo suos facit usufructuarius, quia cum usufructus in fruendo & sic in facto aliquo usufructuarii constituitur, collectionis factum ad minimum necessarium erit. c. g. si poma, pira, &c. sponte sua sint delapsa.

XLIX.

Quoties fructus separantur factis usufructuarii, toties hic eos suos facit. Quia sic jam ad est factum separationis quò fructus acquiruntur, c. gr. poma decerpando, frumenta metendo, &c.

XLIX.

Quoties pensio præstanda pro re, certò anni tempore fructum præstante, toties illa perceptis fructibus transmittitur ad usufructuarii heredes, licet dies solvendæ pensionis nondum extiterit. l. 58. ff. de usufr. quia post fructuum perceptionem causa jam extitit, ob quam solvenda fuit pensio. Exemplum est in d. l. 58.

XX.

Quoties præstanda pensio pro re singulis diebus fructum præstante, toties illa pro ratâ dividitur inter heredem usufructuarii & proprietarium. Quia sic eo tempore, quò decebat usufructuarius, pro parte percepti erant fructus

l. 26. ff. de usufr. Exemplum est in pensionibus ædium.

XXI.

Quotiescunque naturales fructus ad necessaria vitæ subsidia alicui concessi sunt, toties concessus est usus. Ita qui fundi usum habet, potest uti oleribus, pomis, &c. ad usum quotidianum. confer. §. 1. 2. 3. & 4. Instit. de Usu & Habit.

XXII.

Omnis rei duplex est usus, proprius & improprius, Arist. 1. polit. ubi hoc illustrat exemplo calcei, cuius usum proprium esse ait, ut inducatur in pedes: improprium, ut commutetur cum pecunia vel aliâ re. Utamur alio: Vestis usus proprius est, ut frigus depellat, & corpus tegat, & quoniam huius rei gratia partim est inventa. Improprius usus vestis est, ut etiam adhibeatur ad ornatum corporis & dignitatem. Sic vestes Coæ & Laconicæ corpus potius nudabant, quam tangebant, nec corpori ullum aut pudori auxilium afferebant. l. quamvis de aur. & arg. legat. ita carceris usus proprius est, ut contineat homines reos l. 8. §. 9. de pan. improprius ut puniat. l. 1. §. ult. de alear. l. 3. C. de Cust. reor. Neque enim minus carcer appellatur is, qui punit, quam qui continet & custodit, in quo tamen & improprie semper inesse dicitur pœna aliqua, ut in l. 2. 3. de Custod. reor. quia tædium inest & nota quadam. l. 3. §. lege ff. de testam. Cujac. in Comment. Cod. de Cust. reor. p. 1078. & in Comment. ad l. verum est. 216. de V. S. ita denique monasteria religionis causa instituta fuerint, adhibentur tamen etiam adulteris mulieribus coercendis. vid. Welsch. ad L. Jul. de adult. n. 19.

XXIII.

Usus non debet tolli propter abusum. c. neque enim 14. q. 5.

CAP. XLIX.
Utile & inutile.

Axioma I.

Quæ non multum expediunt, curiose inquirenda non sunt, c. si rector 1. dist. 43. Gilcken. ad l. Gallus §. 11. de posthum. hered. inst. Cran. cass. de interd. n. 53.

II.

Utile quoties concurret cum inutili, seu quoties concurret causa, quæ prodest, cum ea, quæ nocet, illa, quæ prodest, attenditur. l. pro emptore 2. §. si à pupillis. 25. ff. pro emptor. Sanz. Morqueh. tract. de divis. bonor. 1. c. g. n. 34. Vitium enim regulariter non vitiat, sed vitatur. l. 1. de condit. inst. Et suffinet ad eò ipsum inutile, quod elegantibus exemplis probat Cujac. in recit. Cod. de Ret uxor. att. pag. 496. B.

Declaro, ut maxime procedat in actibus divinis & separabilibus. l. 1. §. sed si mihi Pamphilum. de V. O. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 13. n. 20. vers. primo.

III.

Potius aliquid quod usum habeat tractandum est. Welsch. in pam. ff. de damn. infect. n. 6.

(Mm) 3

Tur-

Tempore enim est, difficile habere fugas, & stultus labor est ineptiam, ut ex Catullo idem loquitur in *parvis. de vulgar. & pupillis. subit.* Nisi utile est, quod facis, inquit, & senarius, stulta est gloria, asserit Simplicius Verinus (seu Salmastius parum memor scriptorum laborumque suorum) in *epistol. seu iudicio de liber. posth.* Hug. Grot. pag. 35.

IV.

Quod tibi non nocet, & mihi prodest, concedendum est. l. 1. §. denique 12. de aq. pluv. arcen. Dannenhero ein gemeiner Recht. Spruch erwachsen / daß dasjenige / so einem nützlich und dem andern nicht schädlich / nicht abzuschlagen / sondern zu vergönnen und zu gestatten sey. Argentoratens. 2. consil. 75. n. 8. & 9. l. 2. §. septa. de aq. pluv. arcen. l. ult. §. si stercus 3. quod vi aut clam. l. in creditore 38. de evict. ubi Dd. colligunt, quod quis debeat pati fieri in suo, quod sibi non nocet & aliis prodest. l. 2. pr. vers. nec agitur. solut. matrim. Menoch. de arb. jud. q. 168. n. 13. & cas. 237. n. Jacob. Cane. 1. variat. resol. c. 2. n. 84. & 83. agrum itaque suum ita quisque potest meliorem facere, ne tamen vicino deteriorem faciat. l. 1. §. 4. de aq. pluv. arcen. vid. tamen. l. 22. n. 1. de usu & habit.

V.

Utiles nec nobis, nec aliis esse debemus cum damno alterius. c. mutationis. in fin. & seq. 7. q. 1. cap. denig. 14. q. 5.

VI.

Inutilia sunt ea, quæ semel utiliter constituta sunt, si ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerit. §. 14. Instit. de legat.

VII.

Inutile est pupillis, si administratio eorum non servetur, nemine scilicet emente, l. cum plures 12. §. quæ bona fide 1. ff. de administr. & peric. tutor.

VIII.

Utile vel inutile aliquid dicitur & n. §. 3. Instit. de Usufr. §. 14. Instit. de legat.

IX.

Utilia debent inveniri, non subtilia. clem. 1. §. statuimus. in princ. de stat. Monach.

X.

Utile quicquid interdum probabili conjectura ex nunc pollicetur attentæ consideratione, contingit damnosum quandoque reperiri. extravag. quia in princ. de torneam.

XI.

Utile per inutile non vitiatur. ita habet *can. utile. 37. de Reg. Jur. in 6. l. 1. §. item queritur. 17. ff. de aqua quotid. & aestiva. l. Padius. 7. ff. de recept. arbitr. l. qui testamento. 37. ff. de excusat. tutor. l. eos 26. ubi gloss. verb. de superfluo. C. de usuris cap. turbat. 8. 37. dist. [cap. à nobis 2. extr. de sacramentis iterand. c. cum super 23. extr. de offic. deleg. c. ult. extr. de procurat. c. sacris. extr. de sepultur.]. Rot. decis. 199. n. 6. impressa per Pacificum post suum tract. de Salviano interdicto, ubi hoc firmat in speciebus &*

summis. & dec. 647. n. 7. impressa per Farinac. p. 2. recent. Steph. Gratian. discip. forens. tom. 4. cap. 644. n. 32. & c. 657. n. 9. cum seqq. Castill. controv. tom. 4. c. 13. n. 13. & c. 62. n. 24. cum seqq. Rot. apud Paul. de Rubeis. dec. 185. n. 8. tom. 2. divers. [Carpz. P. 2. Const. 14. Defin. 21. n. 3. & 4. Quam regulam in contractibus exemplificat Tiraquell. de retract. convent. §. 7. gloss. 2. n. 145. & 146. In testamentis, l. 2. & sibi not. de bis, quæ pro non script. habentur.

Intellige in separabilibus & in iis, quæ sunt divisibilia: nam quoties utile ab inutili separari potest, toties utile per inutile non vitiatur. quia sic utile per se subsistere potest, abstracto inutili. l. certis conditionibus. 9. §. 1. ff. si certum per. l. 1. §. si quis simpliciter. 3. l. 4. §. si is, qui duplam. 2. ff. de verbor. oblig. d. l. 1. §. Trebatius. 18. ff. de aqua quotid. & aestiva. l. 1. §. hic titulus 1. vers. publicani. ff. de publican. & vectigal. l. sancimus 34. C. de donat. Gemin. consil. 97. in fine, vers. nec obstat. Bald. consil. 475. Quidam Johannes. num. 10. vers. tres enim sunt casus. lib. 1. Anchar. consil. 215. n. 5. & seqq. vers. septimo inducitur. Egid. Belam. consil. 42. n. 11. Alex. consil. 38. Consideratis. col. fin. l. 2. Castren. consil. 89. n. 1. vol. 1. Roman. consil. 66. n. 1. Tiraquell. de retractu lign. ad fin. tit. num. 74. & de retract. convent. ad fin. n. 145. Mant. dial. 66. Covarr. lib. 2. var. cap. 15. n. 5. vers. non obstat. Sarmient. lib. 3. selectar. cap. 5. Molin. de primog. lib. 1. cap. 21. n. 28. vers. ut tamen. Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. m. 58. n. 16. Cabed. divers. juris argum. lib. 2. cap. 16. Surd. consil. 380. n. 52. & consil. 428. num. 20. cum seqq. Peregr. consil. 29. n. 14. lib. 3. Ugolin. de Officio Episcopi. cap. 41. §. 1. num. 2. Cardinal. Seraphin. decis. 483. n. 8. Card. Mantic. de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 16. tit. 36. n. 13. Cardinal. Tusch. pract. concl. tom. 8. lit. V. concl. 373. d. n. 1. Castill. controv. juris lib. 1. de usufr. cap. 7. n. 27. Christoph. de Pace in scholiis ad leges styli. l. 200. n. 75. Alov. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 363. n. 2. in 2. edit. Cald. Pereira quæst. forens. consil. 33. n. 47. & de emt. & vendit. cap. 32. n. 36. Rot. decis. 649. n. 4. apud Farin. p. 2. recent. Rot. decis. 248. n. 8. p. 5. recent. Castill. controv. lib. 5. p. 2. cap. 100. n. 6. cum seqq. & d. tom. 4. cap. 6. num. 26. Duran. decis. 286. num. 12. Ita si donationis quingentos solidos excedentis insinuatio omissa, valet tamen quoad 500. solidos.

Hanc regulam multis casibus officium suum perdere patet ex cap. probandum. 24. extra de sent. & re jud. cap. dilectus. 19. ext.

extr. de prebend. vid. Cujac. ad l. 89. §. 1. de Reg. Jur. & lib. 10. g. Pauli ad l. 82. de leg. 2. Colleg. Jurid. Argentor. de legat. t. bef. 28. n. 2. Declara ergo cum Barbosa & constitutae, regulam procedere (1.) in separabilibus, (2.) in connexis & individuis, ut per textum in d. §. item quaritur. 17. & in d. §. Trebatius 18. & in l. Grace 8. §. illud 7. ff. de fidejussor. tradunt Lap. alleg. 81. n. 5. Clar. in §. emphyteusis, q. 6. n. 2. Surd. de alim. tit. 7. q. 17. n. 27. & decis. 7. n. 35. Cæf. Argel. de contradict. legitim. qu. 10. n. 149. Cardinal. Tusch. d. lit. V. concl. 373. à n. 41. Rot. decis. 631. n. 7. apud Farin. p. 2. recent. Stephan. Grat. disc. for. cap. 752. n. 62. qui n. 68. ampliat etiam in rebus sua natura dividuis, partium tamen conventionione individuus vel quas partes individuas esse cogitaverunt, & cap. 742. num. 59. limita Axioma ratione incertitudinis, ob quam dicit utile per inutile vitiari.

Declara regulam cum Castrensi. consil. 431. Si quaritur, n. 2. lib. 1. ubi, quod si utile est connexum cum utili, ita ut separari non possint, si utile est de Jure communi, trahit ad se inutile de Jure speciali, & vincit sic, & è contrà; si verò æqualia sunt, prævalet inutile, ex quo non potest valere pro parte. fac. §. 2. & ibi not. Inst. quib. mod. testam. infirm.

Declara etiam plenè, ut per Roman. consil. 506. num. 13. ubi si persona inhabilis cum persona habili admittitur scienter ad actum individuum perficiendum, prout ad judicandum, & sententiam proferendam, actus est nullus in totum. cap. cum super 23. de offic. deleg. si verò inhabilis ignoranter fuit admittus, quia agens habilis videtur agere omni meliori modo, actus sustinetur. Si verò actus est dividuus, ut quia duo possunt separatim facere actum, licet actus per se factus sit individuus, prout si duo impetrant gratiam, quorum unus est excommunicatus; item si duo tutores præstant pro pupillo auctoritatem, quorum unus verus, alter falsus, tunc actus valet, refert Card. Tusch. d. lit. V. concl. 373. n. 45. & 46. [add. & Lamberting. in tract. de Contract. eor. Gloss. fin. n. 39. & gloss. §. n. 2. Ubi etiam quod in dividuis & separabilibus actibus utile per inutile non vitietur, maxime quando actus est nullus ob omissionem solennitatis, testatur & d. gloss. §. n. 7. ubi generaliter & remissivè declarat, quando actus dicatur dividuus vel individuus, latissime Anton. Gomez de Contract. tom. 2. cap. 10. de individ. per totum. vid. etiam

Roland. consil. 72. num. 66. lib. 3. ubi quod in iis, quæ sunt de forma, utile per inutile vitiari latissime probavit. Multa exempla, in quibus discutitur, an & quando utile per inutile vitietur, videri poterunt apud Aymon. de Antig. tempor. p. 4. sect. absolutis differentiis num. 59. 61. cum seqq. & sect. materia ista singularitatis. num. 1. His addi possunt etiam ea, quæ notavit Cujac. ii. resp. Papin. ad l. 9. de Usur. p. 478. ubi necessarium esse monet, ut separemus eum, qui pro se ipso promittit, in qua stipulatione verum erit utile per inutile non vitiari. J. J. similis de V. O. quod si enim separemus ab eo, qui pro alio promittit, tunc in tali stipulatione vel levi de causa ille non obligetur, & facile in eo utile per inutile non vitietur, siquidem hoc singulariter est receptum (inquit) in iis omnibus, qui pro aliis obligantur, stultè veluti fidejussoribus, mandatoribus, expromissoribus, rei constitutæ pecuniæ: nempe ut sin duriorem causam adhibeantur, puta in majorem & ampliorem quantitatem, prorsus non obligentur ultra ex parte, si vel minimum vitium intercessionis insit, ubi vide omnino.

CAP. L.

Utilitas publica.

Axioma I.

Utilitas publica præferenda est utilitati privata. c. imperialem. in princ. de probib. feud. alien. per Lotharium l. si quis in gravi 3. §. utrum 14. ff. ad Sc. Syllan. l. utilitas 3. C. de principio. l. unic. §. hinc autem 14. de Caduc. toll. l. jubemus 10. C. de SS. Eccl. Auth. res quæ subjacent. in fin. post l. ult. §. 3. C. Commun. de legat. cap. bona 3. extr. de postul. Præl. c. nisi 10. extr. de renunc. c. licet 18. extr. de reg. Carpz. P. 1. Const. 32. Defin. 41. n. 5. Ratio enim naturalis svadet, ut illud de communi fiat, quod usum utilitatemque communem habet. l. 2. §. refectio. ff. ne quid in loc. publico. cum ubi versatur publica utilitas, ibi nullus possit esse immunus l. 1. C. de navib. non excusand. Pacian. consil. 7. n. 58. cum ea propè sit justis mater & æqui, ut loquitur ex Horatio Cujac. ad lib. 54. Pauli ad edict. in l. 2. §. 13. pro emptor. p. 811. Hinc utilitatis publicæ gratia sapè receditur à communis joris regulis. Dan. Otto cap. 8. de Jure publico pag. 136. multaque contra subtilem disputandi rationem (cujus prætextu nonnunquam erratur l. si serv. 81. §. sequitur. 3. de V. O.) pro communi utilitate recipiuntur. l. 16. ff. de Lt. Vel. Com. ad L. Aqu. n. 72. & 2. cons. 43. n. 6. sæpeque quædam permittuntur, quæ alias sunt interdicta. ex l. im vulneratus 51. §. vers. multa. ad l. Aquil. cap. Abbate 6. in fin. vers. præferim. de sent. & re jud. in 6. probant Gail. 2. obs. 56. n. 3. Hyppolit. in præf. crim. (Mm) 4 §. aggre-